Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26196
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qꝫ in altitudine intime contemplationis didicerit. apte
multifariam ad ecclesiam sacramenta. quibus non apte populo quem
erudiebat proferre valebat. sed typice poni prefigurabat operis
candelabri ac vasis eadem signabat. donec venisset ipse dominus
ac redemptor noster in carne. quibus interiores eidem figure sensus.
ecclesiae suae data sibi spiritus gratia reseravit. ut et moriendo in cruce
velum templi diviserit. atque ea quae tecta fuerant arcana seiunxerit
et per resurrectionem discipulis apparens. aperuit
illis sensum ut et hoc et alia scripturarum secreta spiritalium re-
velatis oculis mentis perspicere possent. sed et omnis scriptura docet in
regno celorum ea quae intuentis sensibus de fide catholica ut pia actione
didicerit. et ipse diligenter sequi et alios docere praecepit.
Quid aliud quam inspicere et facere secundum exemplar quod tibi in mon-
te ostensum est iubet. Inspice enim diligenter exemplar monstra-
tum. et secundum hoc adinferiora redienti fac. quando ea quae per sub
limitate diuini sermonis intus credenda siue agenda
intellexit. sedulo corde seruata. horumque semper exemplar
auctoribus suis et executione recti operis et ubo docente
salutaris ostendit. Explicit liber primus expositionis
tabernaculi. Incipit liber secundus

TABERNACULI. quod fecit dominus moysES in solitudi
ne sicut et templum quod salomon fecit in hierusalem.
statum sancte universalis ecclesiae designat. quae partim iam cum domino
regnat in celis. partim in presenti uita adhuc decedentibus
ac succedentibus sibi membris suis pugnat adhuc. et quidem in
utriusque constructione domus hec principalis solet esse dis-
tincta figuratione. quod tabernaculum presentis constituit ecclesiam
quae condit ___ in laboribus exemplum exercitationis futuri temporis regni